



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio quadragesimaprima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. I. Distinctio. XL I.

gratiam ipsum praedestinat, ergo ut absens alicui per gratiam ipsum reprobatur.

R E S P O N S I O. Vdiendum est primum quid sit reprobatio, & posse hoc facilius patet quod queritur. Quia ad primum videtur quod reprobatio opponatur a probationi, sicut ipsa nomina declarant: approbare autem & reprobare potest dicere a fū intellectus & actū voluntatis, dicimus enim approbare aliquod dictum quād iudicamus illud esse verū, & reprobare quād iudicamus illud esse falso, & sic approbare & reprobare sunt actus intellectus tam speculatoriū quam practici, & sic loquitur Aug. quando dicit quod error est approbare falsa pro veris. Dicimus etiam quandoque approbare quod acceptamus, & reprobare quod refutamus, ita quod approbario & reprobatio sunt idem quod acceptatio & refutatio: & sic sunt actus voluntatis & partes electionis, eligens enim acceptat unum aliū refutat.

S Accipiendo ergo primo modo approbationem & reprobationem, approbatio est iudicium vel sententia diuinā de aptitudine alicuius ad vitam aeternā, reprobatio vero est iudicium vel sententia diuinā de ineptitudine alicuius ad vitam aeternā. Sed accipiendo secundo modo approbatio est acceptatio alicuius ad vitam aeternam, quam Apostolus vocat electionem, reprobatio vero est refutatio alicuius à consecutione vita aeterna. Si vero includat vtruncq; (vt aliqui volunt) tunc approbatio est praeius aptitudinis alicuius ad vitam aeternam, & propositum seu acceptatio illius ad eam, reprobatio vero est praeius inaptitudinis alicuius ad vitam aeternam & propositum refutandi eum ab ea.

Ex quo patet quod reprobatio non opponitur directe & predestinationi, sed alicui antecedenti ad predestinationē, quia reprobatio secundo modo accepta opponitur electioni modo quo dictum est, electio autem precedit predestinationem, vt patet in sequenti dist. quest. I. Accepta autem primo modo opponitur approbationi qua procedit electionem tanquam conclusio consilii, & per consequens procedit predestinationē, quia quod est prius priore est prius posterior, & ideo illud quod procedit electionem procedit predestinationem.

Si autem accipiantur tertio modo (scilicet pro aggre gato ex vtruncq;) idem sequitur, quia totum infertur ex animabus partibus simul sumptis. Hæc autem plenius patet postea, sed tantum accipiamus nunc, quod reprobatio est præius inaptitudinis alicuius ad vitam aeternam & diuinum propositum refutandi vel repellendi eum ab ipsa.

Ex hoc patet quod ad Deum pertinet aliquos reprobare, quia sicut decet iustos premiar propter suū meritū, sic decet malos excludi a premio & vterius puniri propter suū demeritū, ergo sicut Dei est illis approbare & acceptare ad gloriam quos scit futuros bonos, et quorum præuidit meritū, ita ipsius est illis reprobare & refutare a consecutione gloriae, & præparare ad peccata quos scit futuros malos, & quorum præuidit demeritū. Iuxta quod est considerandū quod reprobationis sunt duo effectus, scilicet exclusio reprobri a gloria, & reordinationē culpa per penam. Respectu primi Deus se habet in ratione volentis cum illud sit bonum & iustum, sed non se habet in ratione facientis propriè, quia exclusio a gloria non sit propriè per actionem qua aliquid inflatur, sed per carnem actionis per quam gloria influeretur, & quia nullus excluditur a gloria nisi prius exclusus a gratia, ideo aliis effectus reprobationis est priuatio gratiae ad quā Deus se habet modo consilii. Hæc autem subtrahit gratia dicitur exceccatio, quia gratia latens est in anima, dicitur etiam obduratio, quia gratia habitat in anima ad bonū, propter quod cōmuniter dicitur quod Deus est causa exceccationis & obdurationis non immittens culpam, sed nō dando gratiam. Respectu autem secundi Deus se habet in ratione volentis & facientis, quia ad bonum prouisorē pertinet quod inordinatio reordinet, sed malum culpe liceat sit quædam inordinatio a bono rationis, est tamen ordinabile per penam in bonum iustificat, ergo ad Deum prouisorē vniuersitatem pertinet ordinare mala per iustificationē penam, & quia hoc fit per veram actionem, ideo Deus se habet respectu huius non tamen in ratione volentis, quia est bonum & iustum, sed etiam facientis.

Quæstio I.

109

A D P R I M U M argumētum dicendum quod reprobus simpliciter & absolute potest virare culpas, non enim tollitur ab eo liberas arbitrii, & cum dicitur quod nemo potest corriger, &c. Dicendum quod absolute loquendo reprobus potest corrigi, sed frante hypothēsi potest reprobus nō debet ponit in eis quod sit correctus, hoc enim est, ponere opposita simul, & sic intelligenda est illa autoritas.

T Ad aliud dicendum quod Deus est causa damnationis malorum (non merito) cum meritum damnationis sit culpa quae est a nobis non a Deo, & sic intelligenda est autoritas Osea, sed est causa effectiva damnationis quo ad pœnam ordinantem culpam, & subtractionis gloriae modo quo dictum est. num. 8.

DISTINCTIO XL I.

Sententia literæ Magistri in generali & speciali.

Si autem querimur. Superioris Magister determinauit de predestinatione in fe, hic determinat de ipsa per comparationē ad suam causam. Et dividitur in duas partes. Primum determinat intentum. Secundū incidenter inquirit vtrum scientia Dei aliquo modo diminuat. Secunda ibi, Postea considerari oportet. Prima istam dividitur in duas. Primum determinat veritatem. Secundū excludit errorem. Secunda ibi, Opinari sunt tamen. Et haec secunda dividitur in duas secundum quod removet duplē errorē. Secunda ibi, Multi vero de isto profundo. Secunda vero pars principalis inquirit vtrum scientia Dei possit diminui, dividitur in duas partes. Primum mouet questionem & solvit. Secundū obicit in contrarium & solvit. Secunda ibi, Adhuc autem opponitur. Et haec est diuisio & sententia lectionis in generali.

IN S P E C I A L I vero sic procedit Magister, & proponit primum quod predestinationis sub merito non cadit, obduration autem cadit: si sanè tamen intelligendo quod nomine obdurationis non ipsa præficiēt diuinā, sed subtractione gratiae intelligitur. Aliqui enim suis peccatis merentur ut eis gratia non apponatur. Predestinationis vero nec quantum ad illud quod gerunt est, nec quantum ad gratias appositionē sub merito cadit. Postea subdit quod aliqui opinari sunt quod propter futura merita aliqui predeſtinent & reprobentur a Deo, & ad hoc adducunt autoritates Aug. qui videtur dicere quod dominus elegit Iacob propter fidem futuram ipsius, & non propter opera, tanquam fides esset a nobis, non autem opera meritoria, sed illa esset a Spiritu sancto. Sed Aug. postea retractavit illud quod fides inter Dei munera computatur sicut opera, sed tamē vtruncq; dicitur nostrum, quia sine nostra voluntate non est, & vtrunque Dei est, quia non sine dono Dei gratuito. Videtur igitur Aug. dicere quod futura fides in Iacob fuit causa predestinationis, sed sicut dicit Magister, Aug. hoc retractauit, quia iam gratia non esset gratia, sed debitum, vbi etiā dicit inter alia quod aliquid procedit in peccatoribus per quod sunt digni iustificationē, per quod non intendit dicere quod iustificatio sub merito cadat, sed quod aliqui non ita peccant quod ideo non mereantur sibi gratiam non apponi. Postea tangit errorem aliorum qui dixerunt quod anima prius peccauerunt, & postea secundum merita & demerita in cordibus quasi in quibusdam carceribus sunt inclusæ, quā opinionem Aug. dicit eroneam esse, ynde dicit quod reprobatio Dei non est causa peccati, sicut predestinationis causa boni. Postea querit, vtrum scientia Dei possit diminui, & responderet quod præscientia potest minui, scientia vero non: multa enim præscient quæ modo non præscit, quia non sunt futura, sed omne quod sciuit, scit. Postea obicit in contrarium, quia me nascitur præscient & modo nescit, ergo non omne quod sciuit scit, & respondet quod omnem rem quod sciuit scit. Argumentum autem procedit de diversitate quo ad modum sciendi qui importatur per enunciabilia, & in hoc terminatur sententia in speciali.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum electio procedat predestinationem, an econuerso.

Tib. I. q. 23. art. 4.

O 5 Circa

Magistri Durandi de

Circa distinctionem istam primo queritur, vtrum electio praecedat prædefinitionem an econuerso. Et videtur quod prædefinitione praecedat, quia actus voluntatis circa finem præcedit voluntatem eorum quae sunt ad finem, sed prædefinitione est de fine, electio autem est eorum quae sunt ad finem, ergo prædefinitione præcedit electionem.

Item electio supponit diuersitatem inter haec inter quae est electio, sed diuersitas quae est in hominibus ad conseruationem beatitudinis principiū attendit secundum gratiam quae est effectus prædefinitionis, ergo videtur quod electio supponat prædefinitionem.

C O N T R A . prædefinitione est directio creature rationalis in finem supernaturalem, ex hoc sic: quicunque debet aliquem dirigere & alium non debet ipsum segregare a non dirigendo nisi causaliter operetur, sed ad prædefinitionem pertinet directio, ad electionem autem segeratio, ergo electio præcedit prædefinitionem.

R E S P O N S I O . Hic sum tria videnda. Primum est qualiter electio coeniat Deo. Secundum est qualiter se habeat ad actus intellectus & voluntatis generaliter. Tertium est qualiter se habeat ad prædefinitionem specialiter.

Q U A N T V M ad primum patet dupliciter quod electio est in Deo. Primo i.e., in illo est electio in quo est acceptatio unius illorum que sunt ad finem alto refutato, (quæ enim est formalis ratio electionis) sed in Deo est acceptatio unius creature rationalis ad finem supernaturalem alia refutata, multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Et Mat. 26. ergo in Deo est electio. Secundum sic, in quo cuncti est consilium, est & electio, quia electio est appetitus conclusionis consilii, ut patet ex 3. Ethic. sed in Deo est consilium quantum ad certitudinem conclusionis consilii, licet non sit in Deo quantum ad collatiuam inquisitionem quæ est propter imperfectionem consiliantis, qui non statim videt quid agendum est, ergo proportionabiliter oportet in deo ponere electionem, & hanc attribuit ei scriptura in quam plurimis locis noui & veteris Testamenti.

Q U A N T V M ad secundum sciendum est quod inter electionem & ceteros actus intellectus & voluntatis in Deo non est ordo prioris & posterioris secundum rem, sed datum secundum rationem, nam ubi cuncti est ordo prioris & posterioris secundum rem ibi est realis distinctio, sed inter attributa diuinam de quorum numero sunt electio & prædestinatione & omnes operationes intellectus voluntatis non est realis distinctio, ergo non est ibi realis ordo, sed solum secundum rationem, & hunc debemus considerare ex reali ordine quem habent actus tales in nobis in quibus differunt secundum rem, vt enim prius dictum fuit qualiter ordinem realem habent aliqua vbi sunt distinctione realiter, talem ordinem rationis habent vbi sunt distinctione secundum rationem.

7. Est ergo notandum quod in nobis omnem actum voluntatis præcedit aliquis actus intellectus (dicente Aug. quod iniusta diligere possumus, incognita nequaquam) actus autem voluntatis de fine præcedit actum intellectus practici quo * consilium est de his quae sunt ad finem, quia finis est principium ex quo in agibilibus ratiocinatur intellectus practicus de his quae sunt ad finem. Hunc autem actum intellectus practici sequitur electione quæ est appetitus præconsiliari, contingit autem quod illud cuius est electio sit illo quorundam aliorum, & ex illo rursum ratiocinatur intellectus practicus de his quae sunt ad illum ad finem qui est finis sub fine, & tunc electio primi præcedit secundum actum intellectus practici, sed iste secundus actus præcedit secundum electionem, ergo talis ordo est in nobis secundum rem.

8. In Deo autem est similes ordo secundum rationem, quantum enim spectat ad propositum nostrum Deus primus sit suam beatitudinem ut possibilem nobis communicari, hanc notitiam sequitur voluntas comunicabitur eam alias quibus ex hac voluntate quae est finis ratiocinatur intellectus practicus quibus communicabitur & quibus non, & hic actus vocatur consilium diuinum. Cuius conclusio habet duas partes. Vnam affirmatiuam, scilicet quod talibus comunicabitur quæ potest dici approbat. Et alia negatiuam, scilicet quod talibus non communicabitur quæ potest dici reprobatio, hoc autem consilium sequitur electio, per quam quidam acceptantur, & alii refutantur, cu-

Sancto Porciano

ius partes polunt etiam dici approbatio & reprobatio, ut dictum fuit in precedente dist. quest. 2. polunt enim pertinere ad voluntatem secundum quandam sui acceptationem, adhuc illud cuius est hoc electio habet rationem finis respectu eorum per quæ electus ad talen finem deducetur, & ideo ex hoc rursus * consilium intellectus practicus quae sunt coferenda electis ut consequantur finem ad quem eliguntur, conclusio autem huius consilii dicitur prædefinitione, quæ non est aliud quam ratio collationis eorum quae promouunt & perducunt electos ad beatitudinem, hoc autem consilium sequitur ultime electio vel propositum conferendi talia auxilia, & hic terminatur processus interioris intentionis, & in hoc pater secundum quod fuerat propositum.

9. **E X H I S** pater tertium, scilicet quod electio secundum rationem præcedit prædefinitionem, quia actus intellectus practici supponit voluntatem finis ex his quod significat de his quae sunt ad finem, siue fit finis ultimus, siue fit finis sub fine, sed electio est voluntas non quidem finis ultimi, sed finis sub fine, prædefinitione autem est consilium intellectus practici syllogizans ex tali fine, ergo prædefinitione supponit electionem. Major de se patet, minor etiam patet ex iam dictis. Ratio enim collationis eorum quae promouent in finem supernaturalem quæ est prædefinitione sumitur ex conditione eius quod cadit sub electione sicut ex fine proximo, ex eo enim quod creatura intellectus eligitur ad consequendum beatitudinem, oportet quod ei tribuarum auxilia supernaturalia eleuanta & perducet ipsam ad hunc finem, ideo &c. Ita ergo videtur esse processus secundum rationem in Deo, quia primo vult beatitudinem communicare. Secundum consilium quibus communicabitur eam, & per conclusionem concilii approbat quibus communicabitur. Tertiò illos eligit. Quartò consilium quæ auxilia conferenda sunt electis ad consecutionem finis, & conclusio huius consilii est prædefinitione. Quintò & ultimò sequitur propositum conferendi talia auxilia.

10. **A D P R I M V M** argumentum dicendum quod sicut patet ex dictis prædefinitione non est de fine, sed est de promouentibus in finem, quorum ratio sumitur ex conditione eorum qui promouendi sunt, & hi sunt electi, ideo electio præcedit prædefinitionem.

11. Ad secundum dicendum quod electio non supponit diuersitatem gratis, sed naturæ, non in re, sed in diuina cognitione, & facit diuersitatem gratis per effectum sequentis prædefinitionis.

Q V E S T I O N E S E C U N D A .

Vtrum prædefinitionis sit aliqua causa præter meram Dei voluntatem.

Tho. I. q. 23. ar. 5.

Secundum queritur, vtrum prædefinitionis sit aliqua causa præter meram Dei voluntatem. Et videtur quod sit, quia iniustum & irrationabile videtur dare iniquius & equalibus, sed homines sunt équales ad susceptionem gratiae & gloriae nisi per aliquam operam ipsorum vel aliorum sicut inaequales, ergo iniustum & irrationabile est dare gratiam & gloriam quibusdam & non aliis, nisi propter differentiam operum, sed voluntas diuina non potest esse iniusta & irrationabilis, ergo diuersitas operum est causa prædefinitionis aliquorum & reprobationis aliorum.

2. Item aliquis potest mereri alteri primâ gratiâ, ergo & finalè partione, sed habere finalē gratiâ est esse prædestinationum, ergo prædefinitione cadit sub merito.

3. **I N C O N T R A R I V M** est quod dicit Aug. & Magister in litera quod prædefinitione est ex gratuita dei voluntate quam nulla merita aduocant.

4. **R E S P O N S I O .** Primò dabitur intellectus questionis. Deinde respondetur secundum illum intellectum.

5. **Q U A N T V M** ad primum sciendum est quod prædefinitione in uno consistit essentialiter & aliud haberet adiunctum, essentialiter consistit prædefinitione in actu intellectus, est enim ratio collationis eorum quae perducunt electos ad beatitudinem (vt prius dictum fuit) habet autem adiunctum, propositum conferendi talia auxilia. Cum ergo queritur de causa prædefinitionis non queritur causa

* alias ratione inveniatur.

causa eius quod formaliter importatur per predestinationem, quia hoc est que rere de causa cognitionis diuinæ respectu futuorum contingentia de quo satis dictum fuit supra. Sed queritur de causa adiuncti, scilicet quare Deus vult cōscire electis talia auxilia, & hoc potest adhuc esse dupliciter, quia vel potest queri causa actus voluntatis seu actus volendi, vel ipsius rei voluntas. Si queritur causa actus volendi quo Deus vult aliquid, nulla est questio, si modo intelligatur de causa secundum rem, quia cum velle Dei sit sua essentia, non potest habere causam secundum rem, potest tamen habere causam secundum rationem, quia sicut actus in nobis quo volumus et que sunt ad finem aliquam modo causatur secundum rem ab actu quo volumus finem, sic et in Deo secundum rationem, quia propositum quo Deus vult alicui dare auxilia perducentia ipsius ad beatitudinem aliquo modo causatur secundum rationem a velle quo elegit eum ad tales finem. Ratio enim unius sumitur ab altero, ut dictum fuit in precedente questio. Iloquendo ergo de causa secundum rem, recurrendum est ad rem voluntam, & sic sub questione solum veritatem, utrum effectus predestinationis propter voluntatem Dei liberam habeat in predestinatione aliquam causam, pura merita predestinationis vel sequentia, vel aliquid huiusmodi. In hoc ergo sensu debeatur questio, & hoc sit de primo.

Q V A N T U M ad secundum quod est principiter quodcumque proceditur. Et primò ponetur illud in quo omnes communiter concordant, & videbitur qualiter sit verum. Et secundò ponetur illa in quibus discordant. Illud in quo omnes communiter concordant est quod effectus predestinationis potest dupliciter accipi. Vno modo secundum suas partes. Alio modo secundum suam totalitatem. Primo modo facile est assignare causam effectus predestinationis, sunt enim sibi inuicem causae. Primus qui dem posterioris in genere causa meritior, posterior autem prioris in genere causa finalis, ut conatus ad bonum est causa interioris de congruo, & dispositio ad gratiam, & econtra conatus habet gratiam pro causa finali proxima similius gratia ordinatur ad opus meritorium, ut ad finem proximum, & opus meritorium elicitor a gratia ut a causa sufficiente formaliter liberum arbitrium cuius est mereri, & eodem modo dicunt de gratia & opere merito respectu glorie, quia Deus dat alicui gratiam ut finaliter consequatur gloriam, & dat ei gloriam, quia meruit per gratiam.

T h o . ad . 3 . 7 Si autem accipiat effectus secundum suam totalitatem, adhuc potest esse dupliciter, quia vel queritur de causa eius in particulari, pura quare hunc predestinationem, & illum non, vel in universalis, pura quare quoddam predestinationem & quodam non. Si queratur causa in universalis soli adhuc potest reddi, non quidem ex parte nostra, sed ex perfectione universalis, & ex manifestatione diuina bonitatis. Ex parte nostra non, quia illud quod includitur in effectu predestinationis ut pars eius non potest esse causa totius effectus predestinationis, alioquin esset causa sui ipsius, sed omne bonum quod sit ab aliquo vel sit pro eo vel quod iuuat eum qualitercumq; ad consecutionem finis supernaturalis sit per causam, sit per occasionem cadit sub effectu predestinationis ut pars eius, ergo nihil quod sit ex parte nostra potest esse causa totius effectus predestinationis, maior patet, sed minor declaratur, quia sub effectu predestinationis cadit quicquid promovet ad beatitudinem (ut dictum fuit supra) hoc autem omne bonum quod aliquis facit vel quod pro eo fit, vel ipsum ad hoc disponit siue fit ex impressione ecclesi, siue ex occasione praefixa exteriori, siue ex inspiratione immissa interiori, siue quoque alio modo homo iuuet ad tendendum in beatitudinem, ita ut rotum quod est ex parte nostra includitur in effectu predestinationis: & haec fuit minor, sequitur ergo conclusio quod ex parte nostra non potest reddi causa totalis effectus predestinationis etiam in generali.

8 Potest tamen reddi ex perfectione universalis & ex representatione diuina perfectionis. Ex perfectione universalis si sic, ad perfectionem universalis pertinet & continet non solum omnes gradus perfectionis in natura, sed etiam omnes gradus bonitatis & perfectionis in moribus, sed universalis non continet omnes gradus bonitatis & perfectionis in moribus nisi Deus quosdam ex misericordia

Quæstio II.

cauaret, & alios ex iustitia puniret, si enim omnes saluat deeserit in universalis bonum iustitiae punitis, igitur perfectio universalis requirit quod aliqui predestinatur & saluentur: alii vero permittantur cadere & in casu manes re, ut sic deum damnentur & puniantur.

9 Item patet ex representatione diuina perfectionis, quia perfectus representant diuina perfectionem omnes effectus simul sumptu quamvis aliquis eorum per se sumptus: & ideo in universalis sunt diversi effectus, ut secundum alium & alium modum diuina perfectio representetur, & sicut est de partibus universalis generaliter, sic est de creatura intellectuali specialiter, nam si omnes saluarentur, aut omnes damnarentur, non tot modis representaretur diuina perfectio, quosdam ergo predestinat representando bonitatem suam per modum misericordia. Alios vero representando perfectionem suam per modum iustitiae. Hanc viam tangit Aug. de predestinatione sanctorum dicens, non potest tantum iustus dici Deus sed misericors: volens ergo Deus ostendere misericordiam suam & suam iustitiam alios saluat, & alios damnat, sic ergo in universalis potest assignari causa predestinationis, & haec fuit in quibus communiter doctores concordant, de causa autem predestinationis in particulari non ita concordant ut patet postea.

10 **N V N C** ergo videamus qualiter haec sint sane intelligentia, quod enim primò dicitur quod si effectus predestinationis accipiat secundum suas partes, tunc unus est causa alterius & secundario, verum est, sed quod ultimum inducit exemplificando de gratia & gloria non est ad propositum, quia gloria non est de effectibus predestinationis. Quod patet, quia predestinatione non est de fine, sed de medius peruenienti ad finem, sed gloria seu beatitudo (qua nunc pro eodem accipitur) dicit finem & non medium perducentis ad finem, ergo non cadit sub effectu predestinationis.

11 Per idem patet qualiter secundum sit intelligendum quod talis effectus predestinationis non habeat causam ex parte nostra, quia si intelligatur quod nihil est in nobis & à nobis quod sit causa totalis effectus predestinationis per modum meriti vel dispositionis de cognito vel de condigno, verum est sicut probat ratio ad hoc adducta si autem intelligatur quod nihil omnino sit in nobis negat à nobis negat ab alio quod sit aliquo modo causa totalis effectus predestinationis, falsum est, beatitudo enim nostra est causa finalis totius effectus predestinationis, propter hoc enim quod Deus elegit aliquem ad beatitudinem dat ei illa que perducunt ipsum ad eam, ut prius dictum fuit, sub effectu enim predestinationis non includitur beatitudo, sed ea que promovet ad beatitudinem quoniam beatitudo est finis: & ideo totalis effectus predestinationis potest reddi causa finalis, & non solum in generali, sed etiam in speciali. Causa enim quare aliquis predestinatur, vel istius, scilicet Petri vel Pauli est, quia elegit nos ad beatitudinem, & haec sunt intelligentia de predestinatione, & eius effectu stricte & propriè acceptis. Si enim accipiat largè predestinatione prout includit praescientiam & propositum diuinum de toto procesto salutis nostræ, scilicet voluntate communicandi beatitudinem & electionem illorum quibus est comunicanda, & propositum conferendi auxilia perducentia cibis intellectus istis correspondentibus, sic non est possibile quod ex parte nostra assignetur causa predestinationis quantum ad totalem eius effectum, quia quicquid est in nobis siue sit finis, siue perducentia ad finem, totum clauditur sub effectu predestinationis sic accepte. Et in hoc sensu loquuntur qui ponunt supradicta opinionem & verum (sicut improprie) in eodem sensu assignatur causa predestinationis in generali ex perfectione universalis, & ex representatione diuina perfectionis, & illud tolerari potest licet non habeat magnam necessitatem, dicatur enim quod illud quod est bonum solum ut medicina non est absolute bonum, nec pertinet ad perfectionem. Perfectio enim esset natura humana si nunquam infirmaretur, & nulla esset medicina, quamvis cum infirmatur & habet medicinam, sed iustitia puniens est solum bonum ut medicina propter morbum peccati: quia tolle peccatum iustitia puniens non est bona, ergo iustitia non pertinet ad pera

Magistri Durandi de

perfectionem vniuersi, quia melius est vniuersum sine culpa, & iustitia puniente quam cum eis, sicut natura sine morbo & medicina, quam cum eis.

12 DE C A V S A autem prædestinationis in speciali, scilicet quare ista prædestinat, illum autem non, si accipiatur stricte prædestinatione potest reddi modo quo dictum est prius, propter hoc enim humus prædestinat, quia eum elegit. Si autem accipiatur largius prædestinatione, scilicet pro salute huius & pro toto processu quo producitur ad salutem in quo sensu deinceps accipietur, si quidam voluerunt assignare causam prædestinationis ex operibus, & isti parti sunt, quidam enim dixerunt causam huius esse merita præcedentia in alia vita, ut Origenes qui dicit animas humanas ab initio creatas & in alia vita fuisse cœteratas, & secundum diuersitatē suorum operū deus dedit unū gratiā & aliis non, & vñā prædestinavit, alia autem non. Hec autem opinio non solum est falsa in sua radice, quia ponit animas creatas ante corpora, & in alia vita cœteratas, sed etiam in conclusione contradicit sacra scriptura. Nam Apostolus Rom. 9. loquens de prædestinatione Iacob & reprobatione Esau dicit sic: Cū enim nonndū fuissent nati, ut aliquid boni egissent, aut mali ut secundum electionē propositus dei manaret, non ex operibus, sed ex vocante dictū est, quia maior seruet minori, sicut scriptū est, Iacob dilexit, Esau autem odio habuit; ergo secundū hoc bona vel mala opera præcedentia non sunt causa quod aliquis prædestinatur, alius autem non. Et iterū nos querimus causam totalis effectus prædestinationis, si autem in alia vita præcederent aliqua materia, illa caderet sub effectu prædestinationis, sicut & merita istius vita, & ideo ex ea non posset assignari causa totalis effectus prædestinationis.

13. Alii dicunt quod opera sequentia sunt causa prædestinationis, unde deus tribuit unū gratiā & aliis non, quia scit eum bene vñrum, alium autem non, sicut rex dat equū militi quod scit bene vñrum equo. Sed istud est rudius dictū, tum quia non est simile, quia rex non dat militi bonum vñrum equi, sed solū equum, deus autem non solū dat gratiā, sed bonum vñrum eius. Tum quia dato est simile, tamē nihil ad propositum, quia non assignatur causa nisi vñrum partis effectus prædestinationis, scilicet gratiā. Nos autem querimus causam totalis effectus, ideo &c.

14. Ideo dicendū quod non potest in particulari reddi causa prædefinitionis, licet possit reddi in vniuersali modo superiori expresso: nō enim pertinet ad perfectionem vniuersi, vel representationē perfectionis diuinæ magis quod iste saluetur & ille damnatur, quā econuerso. Huus autem ponitur duplex exemplū, vnum in artificialibus, & aliud in naturalibus. In artificialibus enim videmus quod bene potest reddi ratio quare figuris de eadē massa facit quendam vas in honore (hoc est ad honorabiles vñs) alia autem facit in contumeliam & ad viles vñs, quia hoc requirit perfectio domus quae virtusq; indiget, sed nulla causa reddi potest, quare ex hac parte massa facit vas in honorem & ex alia facit vas in contumeliam (cum tota massa secundum se sit similis & vñiformis) nisi sola voluntas artificis. Similiter in naturalibus, quia perfectio vniuersi bene requirit quod aliqua pars materia sit sub forma aquæ, & alia sub forma aëris, alioquin ista elementa non essent, & tunc vniuersum non esset perfectus, sed nulla ratio reddi potest quare hac pars materia sit sub forma aquæ, & illa pars determinata sit sub forma aëris, nisi sola voluntas Dei creantis. & eodem modo potest in vniuersali reddi ratio quare Deus quoddam ab aeterno elegit & prædestinavit, quodam autem non, quia hoc pertinet ad perfectionem vniuersi & ad pleniorēm representationē perfectionis diuinæ, quanvis istud erit posit calumniari modo supradicto, sed in speciali quare istum elegit & prædestinavit, illum autem non, nulla potest reddi ratio præter merita voluntatem Dei. Propter hoc Aug. retractans quendam verba quae in litera ponuntur, dicit sic in libro de prædestinatione sanctorum, taceat humana lingua, nec proferat de meritis extollatur, quia diuinæ voluntatis est hoc dominum, non humana fragilitas meritum.

15. AD P R I M U M argumentum cum dicitur quod iniustum & irrationabile videtur dare inequaliter equalibus. Dicendum quod verum est vbi aliquid redditur ex debito, vbi autem aliquid tribuitur ex sola liberalitate non

Sancto Porciano

est verum, ibi enim locum habet, quod dicitur Mat. 20. an non licet mihi quod volo facere? an oculus nequam est, quia ego bonus sum & sic autem est in proposito, quia ex sola liberalitate Dei est quod aliquos eligat & prædestinat, & ideo misericordia est quod istum prædestinet, sed nulla intuitio est si illum non prædestinet.

16. Aliud argumentum solum probat quod aliquis particularis effectus prædestinationis (puta prima gratia, vel finalis) potest habere causam, sed non totalis effectus, & hoc concessum est.

Q VÆSTIO TERTIA.

Vtrum prædestinatione possit iuuari precibus sanctorum.

I Th. 1. q. 23. art. 8.

D Einde queritur, vtrum prædestinatione possit iuuari precibus sanctorum. Et videtur quod non, quia prædestinatione totaliter dependet ex voluntate diuina, dicente Apostolo, Rom. 9. Cuius vult miseretur, & quem vult in durat, sed voluntas diuina non potest limitari cuiusquam precibus, ergo frustra pro prædestinationis vel non prædestinatis oratur.

2 Item oratio aut funditur pro omnibus vniuersaliter, aut pro quibusdam specialiter, si pro omnibus generaliter, frustra fit, nec exauditur, quia certum est quod non omnes salvabitur, cùm scriptū sit Mat. 20. multi vocati, pauci servati electi. Et 25. Ibunt hi in supplicium aeternū, iusti autem in vitam aeternam. Si autem pro quibusdam, aut istud est indistincte (scilicet ut aliqui salvabuntur) & hoc iterum fit frustra, quia certum est quod aliqui salvabuntur, aut hoc est determinate quod iste Gulielmus vel Perrus, salvatur, quod non videatur conueniens, quia istud non habet rationem, sed admirationem ut dictum fuit, ergo frustra sunt orationes.

3 IN CONTRARIUM est quod dicitur Iac. vii. Orate pro inuicem ut saluemini, sed nullus salubitur nisi prædestinatus, ergo prædestinatione iuuatur precibus.

4 R E S P O N S I O. Prædestinatione iuuari precibus potest dupliciter intelligi. Vno modo quod preces iuuant ad hoc quod aliquis non prædestinatus prædestinatur, & hoc non potest esse, quia vel hoc efficit pro eodem tempore sic quod simul esset quis non prædestinatus & prædestinatus, vel pro diuersis temporibus ita, quod prius esset quis non prædestinatus & postea prædestinatus, sed neutru sutorum potest esse, quia primū importat contradictionē, secundū autem importat in prædestinatione mutabilitatem, quare &c. Alio modo potest intelligi quod prædestinatione iuuatur non sic quod non prædestinatus prædestinatur, sed ad hoc quod prædestinatus consequatur effectus prædestinationis, & tunc distinguendū est, quia vel loquimur de totali effectu prædestinationis, & sic dico quod non iuuatur precibus cuiusquam, quia in totali effectu prædestinationis includitur, quicquid iuuat aut promovet hominem ad salutem, si preces propriæ sive alienæ, & ideo sicut idem non iuuat seipsum, sic totalis effectus prædestinationis non iuuat per seipsum cuiuscunq;. Vel potest accipi effectus prædestinationis, non secundum sui totalitatem, sed secundum aliquam sui partem quod est gratia vel salus huius, & sic prædestinatione iuuatur precibus sanctorum. Cuicunque est, quia omnis causa cuius operatione interuenienter complevit effectus prædestinationis dicitur iuuare prædestinationem, sed interuenientibus orationibus sanctorum multi effectus prædestinationis complentur qui alio modo non complerentur, quia nec prædestinatus est quod alio modo complerentur, quare &c. Maior patet, sed minor probatur, quia cùm prædestinatione sit sub proutientia, sicut Deus prouidet rebus naturalibus mediatis causis secundis, sic prædestinat salutem aliquorum vel gratiam ut non eueniat nisi mediatis causis secundis quae ad hoc promovent, inter quas sunt orationes tamen propriæ quam alienæ, vnde prædestinatione conandum est ad orandum, & ad impetrandum aliorum orationes, & ad bene operandum, quia per hoc multi effectus prædestinationis implentur: propter quod dicitur 2. Petri. 1. Satagit ut per bona opera, &c. Certam vestram vocationem & electionem faciat.

5 A D

Lib. I. Distinctio, XLII.

5 AD PRIMVM argumentum dicendum est quod esse prædestinationem totaliter dependet à voluntate diuina. Totalis etiā effectus prædestinationis ex parte nostra causam nō habet, & ideo his duobus modis nō iuuatur prædestinatione ut dictum fuit, aliquis tamen particularis effectus prædestinationis bene dependet ab aliquo quod est ex parte nostra, & talis bene iuuatur precibus propriis & alienis, & tunc non oramus ut diuina voluntas immutetur, sed ut diuinum volitum per orationes nostras vel alienas tanquam per causas medias implatur.

6 Ad secundum dicendum quod sive fiant orationes pro omnibus vniuersaliter, sive pro quibusdam in generali, non descendendo ad certas personas, sive fiant pro aliquibus singulariter non frustra fiant, cum enim oramus pro omnibus generaliter intelligendum est pro illis quorum nomina iam scripta sunt in libro vita, & licet certum sit quod hi saluabuntur, tamen salus eorum ordinata est euenire medianibus orationibus. Idem dico quod sit oratio pro quibusdam in generali non descendendo ad certas personas. Quando autem fit pro certis personis fit ut aliquis effectus prædestinationis compleatur in eis mediantebus orationibus nostris, licet enim totalis effectus prædestinationis in quoque non habeat causam nisi diuinam voluntatem, tamē multi particulares effectus causam habent mediante quam implentur.

DISTINCTIO XLII.

Sententia huius distinctionis in generali & speciali.

Nunc de omnipotentiâ Dei. Superius Magister determinat de potentia eius. Et dividitur in partes duas. Primo enim determinat veritatem. (Ivniuersaliter diuina potest.) Secunda ponit opinionem quorundam limitantium eam. Secunda incipit in princ. 43. dist. ibi, quodam verò de suo sensu. Prima est presentis lectio. Et dividitur in tres partes. Primo mouet suam questionem. Secundum eam determinat. Tertio obicit per autoritatem & determinat. Secunda ibi: quod enim Deus omnia. Tertia ibi: ex quibusdam tamen autoritatibus. Et hæc est sententia lectiois & divisionis in generali.

2 IN SPECIALI Verò sic procedit. Et queritur primo quare Deus dicitur omnipotens, aut quia omnia potest, aut quia potest quicquid vult: postea respondet dices quod Deus dicitur omnipotens, quia omnia potest, oppositum tamen ostendit quod non omnia possit, quia nō potest ambulare, loqui, & huiusmodi: & respôdet quod huiusmodi suam potentiam non evanescat, ita enim Deus operatur in nobis, posse verò peccare vel corrumpi non sunt potest, sed infirmitatis: & concludit quod Deus dicitur omnipotens, quia potest omnia facere & nihil pati. Postea addit autoritates per quas videtur probari quod Deus dicitur omnipotens, quia potest quicquid vult. Et responder potest inducuntur, ad ostendendum quod voluntas Dei non impeditur, non quod in hoc solo sifstat ratio omnipotentiae. Et subdit quod omnipotens dicitur, qui potest facere quicquid factibile est, non autem quicquid facere vult, quia sic est omnipotentia vera: nō ergo beatus Petrus & alii sancti habent omnipotentiam sicut deus, quia licet possint quicquid volunt se posse & se facere, tamen non possunt facere quicquid volunt fieri, sed deus potest facere quicquid vult fieri, & quicquid vult se posse. Quicquid enim vult per se facit, vel per creaturam subiectam. Hanc etiam potentiam qua potest habet per suam naturam, non sic autem habet potentiam creatura: filius autem Dei potentiam habet tam per se quam per suu naturam, quanvis habeat eam a patre &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum potentia sit in Deo.

Tho. 1. q. 25. ar. 5.

Circa distinctionem istam primò queritur, vtrum potentia sit in Deo. Et videtur quod nō, quia si in Deo est potentia vel est coniuncta actui, vel non, si non, cum potentia perficiatur per actum, potentia Dei est imperfecta quod est inconveniens. Si autem sic semper est actui coniuncta creature fuissent ab æterno, quod similiter est inconveniens, quare &c.

Quæstio I.

1 Item secundum Philof. 9. meta. in bonis actus est meior potentia, sed Deo solum est attribuendum id quod melius est, ergo Deo debemus attribuere actum & non potentiam. cap. 2.

2 IN CONTRARIUM est quod dicitur Luc. 1. Feicit mihi magna qui potest est. Et arguitur quia omne quod agit, agit per aliquam potentiam actuam, sed Deus est causa agens respectu omnium rerum, ergo &c.

4 RESPONSO. Potentia diuinitur ab Aristotele, metu, in actuam & passiuam. Actiuam est principium transmutandi aliud secundum quod aliud. Passiuam vero est principium transmutandi ab altero secundum quod aliud: & potest quidem passiuam non potest vniuersaliter diffiniri si propriè sunatur, & positiuē vocato transmutatione deductione alicuius de esse informi ad formatum: sed potest actiuam potest vniuersaliter diffiniri si quod potentia actiuam est principium producuntur per simplicem emanationem nullo supraposito, producuntur quidem per potentiam actiuam agentis, sed non per transmutationem alicuius presuppositi, unde in eis nō est potentia passiuam propriè positiuē accepta, sed tamen negari, scilicet nō prohibito ad esse, propter quod non omni potest actiuam respondet potentia passiuam propriè accepta, sed tantum potentia actiuam naturali quam solam intèdit diffinire Philos. Ex quo patet quod potentia actiuam ordinatur ad influendum aliquid alteri, & non ad recipiendum aliquid in se. Potentia vero passiuam econciatur ad recipiendum aliquid in se, & non ad influendum aliquid alteri.

5 Hoc suppono dicendum est quod in deo est potentia actiuam, non autem potentia passiuam. Primum patet sic, illud quod importat perfectionem simpliciter in entitate & actualitate est Deo attribuendum, sed habere potentiam actiuam importat perfectionem simpliciter in entitate & actualitate, ergo &c. Maior de se patet, minor declaratur, quia nihil agit nisi secundum quod est in actu, actu autem ille est perfectior & poterit quo aliquid est in se formaliter, & cōcinet aliud virtualiter quia ille quo aliquid est in se formaliter, sed nihil continet virtualiter, habens autem potentiam actiuam per illam est actus in se aliquid formaliter, & per ea continet aliud virtualiter, ergo habere potentiam actiuam importat perfectionem in entitate & actualitate, & haec fuit minor. Itē quod mouet nullo modo existens mobile & agit nullo modo existens agibile purissime habet potentiam actiuam, nam quod mouet motu vel mobile & quod agit ab alio tamen actum illud cum potentia actiuam per quam mouet & agit habet potentiam passiuam per quam mouetur & patitur, cum ergo Deus maneat summe immobile existens, & agat nihil omnino patiens, patet quod in eo est purissima potentia actiuam.

6 Secundum si patet, cōnvertendo primā rationem, illud quod importat imperfectionem & diminutionem in actualitate & entitate non conuenit Deo, sed habere potentiam passiuam est huiusmodi, ergo &c. Minor declaratur, quia esse in potentia ad recipiendum aliquid in se est ex defectu entitatis & actualitatis quā dat ei illud quod in ipso recipitur, unde talis potentia sive sit separata ab actua fūi coniuncta actui de se est imperfecta & indigens percipi per aliud. & haec fuit minor: sequitur ergo conclusio. Ex quo patet quod respectu actuum essentialium & intra manentium non est in Deo potentia realiter, neq; actiuam neq; passiuam. Non actiuam, quia actus eius transit in materiam exteriorem, intelligere autem & yelle non transeunt. Nec passiuam, quia illa omnino nō est in deo, vt probatum est. Refat ergo quod in Deo tantum sit in potentia respectu actuum transeuntium in aliud, aliud dico, vel supposito tantum ut sunt potentia generandi & spirandi, vel aliud supposito & natura quod est propriè aliud, de qua solum nunc attendimus.

4 AD PRIMVM argumentum dicendum quod potentia actiuam Dei esse realiter accepta ad excludendum potentiam generandi & spirandi, de quibus nunc nō loquimur (qua de eis satis dictum est in præcedentibus) nō temper est coniuncta actui, quia tunc sequeretur quod res fuissent ab æterno, vt probatum fuit supra dist. 32. quest. 1. Et quod dicitur quod potentia non coniuncta actui est